

Alte Drucke

Rectore Magnificentissimo Serenissimo Principe Ac Domino Domino VVilhelmo Henrico Dvce Saxoniae ... Qvaestionem: An Elector Saxoniae Johannes ...

Schmeizel, Martin

Jenae, [1718]

CAPUT IV. DE SCRIPORIBUS ILLIS QVI PECVLIARI FABVLAM ILLAM REFVTARVNT.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174497

CAPUT IV.

DE

SCRIPTORIBVS ILLIS QVI PECV-
LIARI OPERA FABVLAM ILLAM
REFVTARVNT,

Argumentum.

Hactenus nominatis fabula coëtoribus atque recocto-
ribus, ex nostratibus mascule sese opposuerunt, nu-
mero plures, tempore & locis diversis. Primus
omnium fuit Georgius Zeamannus, hunc secuti sunt,
Johannes Apiarius, Valentinus Alberti, Hiero-
nymus Brücknerus, quorum scripta diligenter recen-
sentur.

I.

Posteaquam haëtenus in primam fabulæ
illius, de Apostasia Johannis Electoris originem
& natales inquisivimus, primum item illius auctorem atq;
sequaces recoctores, in scenam produximus, operæ nunc
pretium erit, ut illos quoque commemoremus, qui
imposturam Epistola illius venditæ detexerunt, ac nugi-
vendulis illis mascule sese opposuerunt, eorumque nefa-
rios ausus, pro rei dignitate firmis certe & invictis argu-
mentis,

mentis, funditus everterunt, quo instituto illud etiam Lectoribus constare poterit, quibus maxima pars eorum, quæ sequenti dicturi sumus capite, accepta sint referenda.

II. Primus itaque ex nostratibus, qui laudabilem hac in parte suscepit operam, exporrectaque fronte obviam ivit nefario huic Pontificiorum ausui, celebris olim Ecclesiæ Lutheranae Doctor Sacrorumque apud Campidunenses Svevos Antistes fuit, D. GEORGIVS ZEAMANNVS, qui personato illi *Ungersdorffio* opposuit: *Gründliche Ableinung der Lesterschrifft Christophs von Ungersdorff, Lauingen 1612. 4. ubi a pag. 316. ad. 339.* XIV. argumentis pseudonymi illius os tam felici successu obturavit, ut ab eo tempore perpetuo silentio obticuerit, conf. CAROLI in *Memorabilibus Sec. XVII. Tom. 1. pag. 266.*

III. Eodem tempore exemplo D. Zeamanni adductus, Ungersdorffii librum aggressus quoque est ex Lutheranis JOHANNES APIARIVS in *seiner Antwort auff Ungersdorffs Anti Christliche Glückwünschung, eodem Anno & loco*, ut legere est in *Catalago Bibliotheca* quondam instructissimæ D. Job. Fr. Mayeri pag. 156. num. 303.

IV. Porro illi, quem *cap. prae. §. 21.* nominavimus Pseudonymo KLIBNIZIO, strenue sese opposuit VAL. ALBERTI t. t. in Acad. Lips. Th. Lic. dignissimus in *dem gründlich vertheidigten Alberti wider Klibnizen Lips. 1672. 4.* in qua refutatione laudati D. Zeamanni argumenta

D

latius

latius aliquantulum deducta, nugivendolo illi pseudonymo, quisquis ille tandem fuerit, opposuit *pag. 65. seqq.* quibus temporis successu, teste experientia, nemo ex Pontificiis quicquam regerere ausus fuit.

V. Tandem ubi Ephemerides illæ §. *XII. cap. pp.* commemorata, a lucifuga quodam protuderentur, HIERON. BRVCKNERVS J. U. L. & t. t. Serenissimo Saxoniae Duci Gothano a Secretis feudorum, jussu & auctoritate Serenissimi Principis ac Domini sui, prolixam æque ac doctissimam adornavit refutationem, cujus hunc novimus Titulum: *Gründliche Vorstellung, daß ein unlangst in Druck heraus gegebenes Bächlein, ohne Benennung des Dichters, Druckes und Orts, unter dem Titel: Ephemerides, oder kurze Jahr- und Tag-Geschichte vom Auf- und Untergang des Lutherischen ersten Evangelii und des Melanchthonis Augspurgischer Confession, eine den Reichs-Constitutionen und sonderlich dem Religions- und Westphälischen Friedens-Schluss, zuwiderlauffende Schmah-Schrift, wie auch das darinnen enthaltene Schreiben, weyland Chur-Fürst Johann Friederichs zu Sachsen, an die damaligen Herzoge Willhelm und Ludewigen in Bayern, wegen seines Herrn Vaters, weyland Chur-Fürst Johannsen angegebenen Abfalls vor seinem Tode, von der Evangelischen zu der Pabstischen Religion, unter dessen Nahmen boshaft und falschlich erdichtet sey, auf sonderbahren Fürstlichen Gnädigsten Befehl aufgesetzt und heraus gegeben durch Hieronymum Brückner Lehen-Secretarium zum Friedenstain, Jena 1679. 4. in quo, ut Titulus docet,*

docet, nerveſe & diligenter non ſolum Ephemerides illas in genere, ſed & ſpeciatiſimè fabulam illam de Apoſtaſia Johannis Conſtantis putatitia, refutatam deprehendimus.

VI. Vix autem publicæ expoſita erat luci, hæc Burckneriana Apologia, ecce ſtatim contra eam inſurgebat alius quidam ANONYMVS, *brevi quidem opella* ſi numerum pagellarum in forma 12. conſideres, quæ vero mole calumniarum evibratarum, brevitatem cum pondere compenſat. Hac itaque occasione adductus, denuo in arenam deſcendere debuit laudatus BRVCKNERVS, nunc J. V. D. ut & Conſiliarius ac Aſſeſſor Conſiſtorii Eccleſiaſt. quod in Aula Ducali Saxo-Meiningenſi erat, meritiffimus, qui *Anonymo illi oppoſuit, die wiederholte gründliche Vorſtellung wider einen Lichtſcheuenden Laſterer, zu Rettung der in ſeiner hiebeworigen Vorſtellung verthädigten Wahrheit, Meiningen 1681. 4.* in hac repetita Demonſtratione, proluxius ſaltim deduxit ea, quæ in priorì libro jam dum erant expoſita, additis quibusdam novis quæ ere ſibi viſa erant, ad quam nihil haſtenus ex parte Pontificiorum repositum fuiſſe, conſtat.

VII. Denique cum A. 1681. liber ille *Auguſtana & Anti-Auguſtana Confefſio*, de quo §. XIII. cap. præc. in publicum prodiret, laudatus D. VALENTIN. ALBERTI in examen illum equidem vocavit, doctæque ſtrophas adverſariorum

detexit in der gründlichen Wiederlegung der augustana und Anti-Augustana Confessionis, Lipsia 1681. 4. hanc vero de Epistola illa decantata materiam pag. 300. seq. sicco præterit pede, quippe quod ab aliis, quos indicat, abunde sit discussa.

VIII. Atque ex illo tempore post tot tantasque ventilationes ac disputationes, triumphavit semper veritas, nec quisquam fuit qui elapsis quadraginta abhinc & quod excurrit, annis, vel musitare ausus esset, postquam fabulæ illius futilitas, tam clarissime demonstrata atque detecta fuit, ut vel maxime, usque dum hoc nostro ævo Jesuita ille Pragensis, ut §. 14 cap. præc. diximus, vestigia antecessorum suorum sequi, crambemque toties recoctam, totiesque rejectam, denuo recoquere non est subveritus. Ut igitur hujus quoque conatibus in tempore occurratur, arma illa quibus sociorum suorum proterviam repulsam feliciter novimus, rursus capienda mihi fuerunt, præsertim vero, cum editiones librorum hactenus commemoratorum, hodie plerumque nos fugiant.

IX. Quo instituto, ut constare nostris possit, quibus argumentis atque rationibus olim jam haut simplici vice, calumnia illa in manes piissimi Electoris Johannis Constantis evibrata, masculè fuerit depulsa atque absterfa, ex supra allegatis auctoribus, quæ sparsim in illorum scriptis hodie raro obviis, deprehenduntur, in unum singula collecta

collecta & iusto ordine disposita, Lectori veritatis amanti
sequens caput propinabit, indicatis semper, ut par est,
auctoribus, quibus unum alterumve argumentum accep-
tum sit referendum, ex quo constare etiam poterit, quæ
nostro labori sint tribuenda. Sequitur itaque

CAPUT V.

DE

ARGVMENTIS, QVIBVS SENTENTIA DE FALSO IMPVTATA ELECTORI APOSTASIA, REFELLITVR.

Argumentum.

Argumenta quibus Epistola illa supposititia refelli potest, duorum
sunt generum 1. quæ ex ipsius Epistolæ tenore desumuntur,
& quidem a) a veritate authentici venditatis, quæ demon-
stratur 1. a dialectus & styli Misnici differentia, a stylo
Epistolæ, 2. a Confessione Legatorum Bavariæ El. quibus
de authentico nihil plane constitit; 3. a diversa Pontifi-
ciorum relatione; b) a discrepantia exemplarium impres-
sorum ab authentico venditato, quæ per collationem demon-
stratur. II. Quæ a variis circumstantiis rebusque externis
petuntur, & quidem 1. a collatione hujus Epistolæ cum veris

D 3

&